



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,  
Commentarii**

**Sacchini, Francesco**

**Ingolstadii, 1616**

Iuuat Collegij Romani inopiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41515**

lis intelligere est eius Epistolæ verbis. Benedictus Dominus, inquit, qui misericordiam suam fecit nobiscum, dum exoptatos fratres, & operarios novos mittitis. Respiciat Dominus hanc nouam oblationem vestram, vt iuxta desiderium nostrum impleat omnes eo zelo, & spiritu, quem Germania nostræ morbi requirunt in ministris Ecclesiæ. Maius ego in his tenebris, & miseriis gaudium non expecto, quam cum mitti video à Domino missis eos, qui se & sanguinem suum offerunt Deo, & Sanctis eius pro tot in Germania pereuntibus. Ille autem ne planè videretur ingratus ad Collegij quoque Romani, vnde in totum septentrionem ea tempestate educabantur operæ, leuandam, quæ summa erat, inopiam, identidem ex locupletibus emendicatam mittebat stipem. Necessè erat in eo vim facere modestiæ suæ: nec dissimulabat in arte se (ita enim appellabat) sancti Francisci haud multum valere; tamen Caritas animarum omnia peruincebat. Euenitque semel, atque iterum, vt, cum Romæ Patres articulo necessitatis pressi certa summa in diem certam pendenda egerent, diesque pensionis adesset, nec mutuam alicunde reperire potuissent, antequam dies exiret, syngrapha per-

ferre-

*Inuit Collegij  
Romani mo.  
piam.*



ferretur Canisij, quæ tanquam diuinitus missa, eas ipsas, quæ desiderabantur, continebat summas. Ita Dominus fidele sui Procuratoris officiũ approbabat, gratiusq; ipsa opportunitate reddebat.

Existimabat autem Canisius proprio quodam munere ad Societatẽ pertinere in restituenda per Aquilonis plagas religione eniti; ingentique animo, atq; adeo optima spe suscipiendam eam prouinciam, cum aperta vocantis Dei, egregieque fauentis haberet pignora. Primũ quod sub id tempus, quo grassari per ea loca cœperunt hæreses, societatem Deus excitauit, eoq; instituti genere, ea Romanæ sedi obedientia, ac deuotione, vt appareret idcirco maximè procreatam, quo furiarum illarum impiæ contumaciæ opponeretur. Deinde quod B. Ignatius Germanicas res ita suscepit, vt superet prope fidem, quæ ad exordiendum, ac sustinendũ Germanicum in Vrbe Collegium, moliri, perpetiq; non dubitauit. Idemq; e primorum Patrum numero quatuor vni Germaniæ, Petrum Fabrum, Claudium Iaium, Alfonso Salmeronem, & Nicolaum Bobadillam dedit: cum vniuerso terrarum Orbi, præter ipsum Ignatium, qui

*Societati putabat præcipua cura inuadum Septentrionem.*